

INTRODUCTIO AD COMMERCIIUM EPISTULARE (schola oralis)

Salvete, discipuli.

Vos **saluto**, discipuli. Magister **salutat** discipulos. *Quid agit magister nunc ? – Salut...*
(salutāre) *Quid nunc ago ? – (Tu) salut...*

Haec est charta. *Quid est hoc ?*

Hic est stilus. *Quid est hoc ?*

Jam magister stilo suo **scribit** in charta.
(scribĕre)

Quid facio ? - Tu magister, scrib...
Quid facit magister ? - Magister scrib...



(Erasmus Rotterodamus)

Hoc est involucrum. *Quid est hoc ?*

Jam magister **ponit / imponit** chartam inscriptam in involucrum / in involucro.
(ponĕre) / (imponĕre = ponere in) *Quid facit magister ? – Pon...*

Quid facio ? – Pon...



Charta inscripta in involucro est epistula.

Jam magister **habet** viginti duos (XXII) discipulos et unam epistulam.
(habĕre)

Quid habeo ? – Habe...

Quid habet magister ? – Habe...

Haec est altera charta.

In hac charta magister non scribit aliam epistulam. [*Facit aeroplanum papyreum.*]
Quid facio nunc ? Quid feci ?

[*Magister aeroplanum mittit per aera.*] Hoc est... **mittĕre** !



Jam, discipuli, mihi placet **vos** primum epistulas Latinas scribĕre, deinde mecum (cum magistro) corrigĕre, tandem novis amicis mittĕre [*repetitio huius sententiae*]. Non sicut aeroplana, sed primas epistulas per cursum publicum, ultimas per cursum electronicum.

